14

peruenit · qua coronam uitae mereamur accipere ·
Si uero ad hostis suggestionem paulatim a recta
intentione abstrahi · et in uitium incipimus inlici ·
delectando quidem offendimus sed nec dum lapsum
mortis incurrimus · At si delectationem ceptam in corde
facinoris et iam partus prauae sequitur actionis ·
nobis iam mortis reis uictor hostis accedit · Quod ergo
dicitur · quia peccatum cum consummatum fuerit generat
mortem · respicit econtra · ad hoc quod super dictum est
de eo qui suffert temptationem · quia cum probatus fuerit
accipiet coronam uitae · Sic enim ille qui temptatur superat
praemia uitae · ita nimirum qui concupiscentiis suis inlectus
temptatione superatur · merito ruinam mortis incurrit ·
Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi · Videlicet esti-
mando quod temptamenta uitiorum a deo sumant originem ·
Quamuis sciamus nonnullos exigentibus meritis praeceden-